peccatis tam eiusdem olim Dnosi Stanislai Dzialoskurski fratris sui germani, quam et sui Recognoscens impetrandaque Venia Diuina) cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesens, omneque et integrum Ius suum sibi ad praemissa seruiens in personam eiusdem Religiosi in Christo Patris fratris Prioris, et eius Succedaneorum totiusque Conuentus praefati, nunc et pro tempore existens totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporauit, prout transfert, transfundit et incorporat praesens per ipsum Religiosum in Christo Patrem fratrem Iustinum a Sancta Hedwigi Priorem Religiosorum Patrum Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Conuentus Leopolien. ad Ecclesiam Sancti Michaelis Archangeli sitt. Cessionarium suum et ipsius Succedaneos, totumque Conuentum eundem nunc et pro tempore existentem hoc idem Ius praesens Cessum Summamque supra scriptam praesentem per se Recognitam abscessam, cum Vniuersis ipsius Vtilitatibus, et Vsufructibus, Competentiaque et Prerogatiua quauis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice Vtifruendi, Summam praefatam Mille Trecentorum florenorum polonorum per se Recognoscentem transfusam, tollendi, leuandi, et percipiendi, deleuata et percepta quietandi, pro eademque si non fuerit persoluta Iure agendi, Processus quosuis Iudiciarios instituendi, ac inchoandi, et ad debitum Executionis finem perducendi praemissaque omnia tanquam sua propria, ad suos et suorum Succedaneos quosuis beneplacitos Vsusfructus libere et effectualiter conuertendi Iuris praefati Originalis ea omnia latius in se complectens praesentisque cessi et transfusi Vigore

Perillris et Admodum Rndus
Niwicki Canonicus Iaroslauien

R: Moiecki Debet.

Compareno personaliter coram Officio et Actis praesenti Castren Capitan Premislien Perillris et Admodum Rndus Matthias Niwielu Canonicus Jaroslavien Praepositus Tyczynen
460 Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus, Juribus Jurisdictionibusq Suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitaneali Premislien Jurisdictioni, quoad actum modernum attinet, se ac Successoribus ac bonis Suis gnatis omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipse Religioso in Christo Patri Raymundo Moiecki Sacrae Theologiae Lectori Priori Conventus Borecen Ordinis Praedicatorum et eius Succedaneis totiq Conventui praefato Borecensi nunc et pro Tempore existen Summam Quinque Millium floren Polonicalis (in supplementum piae Fundationis per se Recognoscente eidem Conventui Borecen tempore nuper praeterito factae) monetae et numeri in Regno curren quemlibet florenum grossis Triginta Polon computando et numerando, certi veri, iusti et liquidi, debiti, tenetur atq debet, Quamquidem Summam Suprascriptam Quinque Millium florenum Polon, idem Suprascriptus Perillris Recognoscens, se Suosq Successores in et super bonis Suis gnatis omnibus haereditarijs et obligatorijs, mobilibus et immobilibus, summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis Suprascripto Religioso in Christo Patri Raymundo Moiecki Sacrae Theologiae Lectori Priori Conventui Borecen Ordinis Praedicatorum et eius Succedaneis totiq Conventui praefato Borecen nunc et pro tempore existenti hinc et ab Actu praesenti pro die

et fe-

et festo Conuersionis Sancti Pauli Apostoli in Anno
Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio pxe Ventu-
ro, realiter et in effectu soluturum, et coram Officio Actisq prae-
sens Castrensis Capitanei Premisliensis repositurum et relicturum
repositaq et relicta rursus ab eodem Officio non effideius-
surum nec arestaturum, vel quoquis alio modo solutionem
Summae eiusdem praepediturum et impugnaturum inscribit et
obligat praesentibus. Idq sub vadio similis Summae Quin-
que Millium florenorum polonicorum per eundem Recognitem siue eius
Posteros, supramemorato Religioso Priori, et eius Succe-
daneis totiq praefato Conuentui nunc et pro tempore existenti ob
non solutionem Summae suprascriptae pro tempore et loco su-
perius expressis ad soluendum succumbens. Pro quo quidem
vadio modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro aliqua
Principali ex praemissis non completa complenda, Summaq ipsa
principali non soluta soluenda, Citatus existens mrtatus
Recognoscens Perillustris et Admodum Rndus Mathias
Niwiecki Canonicus Iaroslauien. Praepositus Tyczynen.
Siue eius Successores Ad instantiam praefati Religiosi in Chri-
sto Patris Raymundi Mocecki Sacrae Theologiae Le-
ctoris Prioris Conuentus Borecen. Ordinis Praedicatorum
et eius Succedaneorum totiusq Conuentus praefati Borecen.
nunc et pro tempore existens Ad Officium praesens Castrense
Capitanei Premisliensis ex tunc recessu suprascripto quoad re-
spondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Ter-
mino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere,
vadium praetactum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac
omne iudicatum pati debebit, et tenebitur seq a
Successores ad eadem omnia inscribit et obligat p.

Illum Terminum primum peremptorium, Uti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos Semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari, ad munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem praeterea Ultra proximos Officij praefati Castrensis Premislien. Terminos dilatione sibi non recipiendo, nullasq. Motiones, Appellationes, ac earum prosequiones faciendo ac praemissa omnia poenis Simplicibus, vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus fatalijs, Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq. vel alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec quovis alio modo evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Feria quarta in crastino Festi Sanctorum Trium Regum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

Tustanowski Jaszowski Coniugibus Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesenti Castren. Capitanealibus Premislien. Nobilis Andreas Tustanowski [illegible] Nobilis Georgij Tustanowski filius sanus mente et corpore [illegible]istens, a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq.